Basisseminar Fachdidaktik: Sprach- und Textarbeit im Lateinunterricht

Vor- und Nachbereitung für die 11. Sitzung am 17.07.

- **einzureichen bis Montag, 15.07. (bis 16.00 Uhr)**

Schriftliche Vertiefung zu „Lektüreunterricht – Interpretieren“

Bearbeiten Sie **eine der beiden** unten abgedruckten Interpretationsaufgaben.
Formulieren Sie Leit-/Erschließungsfragen für eine **pädagogische Interpretation (inkl. Erwartungshorizont)**!

a) Caes. BG 6,21

Germani multum ab hac consuetudine different. Nam neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam, reliquos ne fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris constitit; a parvis labori ac duritiae student. Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, [ali] vires nervosque confirmari putant. Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus; cuius rei nulla est occultatio, quod et promiscue in fluminibus perluuntur et [pellibus aut] parvis renonum tegimentis utuntur magna corporis parte nuda.

b) Phaedrus, Fabeln, 1,1

I Lupus et agnus

Ad rivum eundem lupus et agnus venerant
siti compulsi. Superior stabat lupus,
longeque inferior agnus. Tunc fauce improba
latro incitatus iurgii causam intulit;
'Cur' inquit 'turbulentam fecisti mihi
aquam bibenti?' Laniger contra timens
'Qui possum, quaeso, facere quod quereris, lupe?
A te decurrit ad meos haustus liquor'.
Repulsus ille veritatis viribus
'Ante hos sex menses male' ait 'dixisti mihi'.
Respondit agnus 'Equidem natus non eram'.
'Pater hercle tuus' ille inquit 'male dixit mihi';
atque ita correptum lacerat iniusta nece.
Haec propter illos scripta est homines fabula
qui fictis causis innocentes opprimunt.

Mündliche Vorbereitung zu „Leistungskontrollverfahren“

(1) **Tobias Goldhahn: Lernerfolgsüberprüfung, Leistungserhebung und Leistungsbewertung, in: R. Markoff (Hrsg.): Fachdidaktik Latein. Akademiebericht 487, Dillingen 2013, 191-208.**

(2) Ingvelde Scholz/ Karl-Christian Weber: Denn sie wissen, was sie können. Kompetenzorientierte und differenzierte Leistungsbeurteilung im Lateinunterricht, Göttingen 2010, bes. S. 11-35.